



5254

SERMO AD IUVENES, QUI SA-
cris ordinibus initiari, & examini se sub
mittere intendunt. cum epistolio
I. Vu. ad Hieronymum
Gebuilerum, & re-
sponso eiusdē.

LIBELLVS LOQVITVR.

Quisquis honorati subter tentoria Cleri,
Diuinæ captas munia militiæ.
Vtere præscripto iuuenis cultissime nostro,
Eminus uires ad mea dicta tuas.
Tu quoq; quem penes est delectus munus habēdi,
Ex me, qui nomen dent tibi rite, legas.
Ne male dum cautus Christo conscribis inermeis,
Præceps cum uano milite ductor eas.)
Ph. G.

M. Hieronymo Gebuero Gymnasii summae
ædis Argenti moderatori uigilantissimo
Iac. Vuimphelingi Seletstan. S.

Desyderius Erasmus Roterodamus, Ger-
maniae decus, hinc abiens rogauit, hanc
Cancellarii Eboracensis orationem a me,
nostro Matthiae Schurerio imprimendam
demandari, quod eam futuris Christi ministris plurimum
profuturam arbitraretur, exoptans ad sacra dei myste-
ria, summumque sacrificium idoneos eligi sacerdotes,
qui non tam oculi, quam dei causa ad id ardui mu-
neris aspirarent, qui uires suas prius emensi, si car-
nem & lasciuiam, si passiones edomare diuino ducto
possint, in seipsis forent experti. Curritur passim (ait
Bernhardus) ad sacros ordines, & reuerenda ipsis quoque
spiritibus angelicis ministeria, homines apprehendunt,
sine reuerentia, sine consideratione, abstinentes reme-
dio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes.
Effet autem sine dubio melius nubere quam uri, & saluari
in humili gradu fidelis populi, quam in cleri sublimitate,
& deterius uiuere, & districtius iudicari. cui alludit
diuus Ioannes Gerson de uita spirituali animae his uer-
bis. Rara fit electio in sacerdotum introductione, pro-
pterea malum illud tam late serpit, quod multiplicantur
iuuenes, inutiles, & lubrici sacerdotes, de quibus stultis-
simum est sperare, quod post susceptum sacerdotium, ca-
stior sit eorum uita & honestior, & non potius dissolu-
tior quando iam habent illud, a quo prius ex mala uitae
fama formidare poterant expelli, sicut & de stolidis,

et ignavis, qui ingenium bonis litteris non intenderunt
adagiū est. Quæ Ioannes non didicit, ea dominū Ioan-
nem difficile esse disciturum. Quamobrē Hieronymus
iucundissime, tuis oro persuadeas discipulis, ut priusq̃
se cōtinentiæ terribilibusq; sacris astringere temptet,
hunc sermonem legant, aut ex te (ueluti nuper elegan-
tissimū Stephani Hœsti Heidelbergensis theologi ser-
monem) audiant, ne in cleri numerum obiter illapsi, &
iam a ferula aut repulsæ metu liberi, mox per luxum,
ludum, leuitatē, lasciuiam, blasphemias, cæteraq; im-
mania uitia præcipientes disfluant, ac ubi uel inscitia sua
uel malo uitæ exemplo, plures animas orco, quā olim-
po trāsmiserint, ipsi quoq; in stygias tādē flammās
perpetuo cruciandi misere dīmergantur. necesse enim
est ut scandala ueniant, ue aut ei per quē scandalū ue-
nit, & nunc maxime, cum & summo, aliisq; pontifici-
bus in reformatione necessaria, ab utroq; clero aures
obstruantur. Censores deniq; & iudices eorum, qui sa-
cris colla subiicere gestiunt, ueluti pater, & sūmus ami-
cus obsecro, ut habita ætatis, doctrinæ, ac morum ra-
tione, nec prece, nec precio deliniti, in hoc diuinū mini-
steriū ineptos assummāt, tamq; graues, & constantes
sese prebeant, ut eorum censuræ, uel (ut aiunt) exami-
ni adesse uereantur, qui adolescentiā suam bonis ne-
glectis literis, aucupio ludo, scortis consumpserunt, &
armis a latere pendētibus, ut Sradiotæ, ut Carnifices
prodire audēt. ne si huiusmodi stolidos, & sceleratos
(in quibus neq; scientia, neq; religio) ad summā fidei
nostræ dignitatem admiserint, minus Christū p se pas-
sum diligere, minus Christum futurū iudicem timere

Blaquerna de a-
mico & adama-
to.

Eodem sermo-
ne quo supra.

Georgius Gem-
miger.

uideantur, quippe cui tales ministros (qui Bernhardo teste, non modo non placunt, sed magis irritant) in animarum perniciē, in populi ruinam, in omniū murmur, & odium in sacrarum rerum cōtemptum designarūt. quomodo enī aliorum animabus foeliciter præerit, qui suæ ipsius nullam prorsus habet rationē? quomodo pure sacrificabit, qui uel a thoro sordido ad aram (qd̄ de tribus sub uili ueste fraterculis, uel in unius eorū primiciis Georgius Gemmiger testatus est) uel ab ara ad scortum euestigio se transfert, quomō Christi legem, quomodo animæ immortalitatem, quomodo pudicitia alios docebit, qui ne ipse quidē grāmaticæ rudimenta plane norit? qui nihil philosophiæ unquā imbibit, qui ab adolescentia sua calamistratus, & noctiuagans, puellas, & scorta inquietissime, libidinosisimeq; (pudore cum pudicitia perduto) sit insectatus? qui nec de diuini nominis, aut diuorum (ut Valentini, et Quirini) abusu, nec de superflua, & maliciosissima uini (quod bos abnueret) computatione, nec de obscenissimis, & impurissimis uerbis erubescit, salutis propriæ inimemor, famæ suæ negligens, ingratus ei de cuius sanguine uiuit, ei⁹ contēptor sub quo iudice stabit. Hæc pio zelo eorū examinatoribus, q̄ ad sacerdotiū festināt, dicta uelim. qui uero in achademiis uniuersalibus inertes, & ieptos philosophiæ gradibus ornant, eos q̄ paterne admonuerim (si lubet) in diatriba nostra ipsi poterunt indies cōtemplari. Vale ex Argentoraco, cuius prudens senatus, Erasmm nostrum, ob famā excellentis doctrinæ, Heinrico Ingoldo dictatore, singulari honore nuper affecit, sed & plariq; ex politionū literarū cultoribus,

illam (re interpret
do conuicto peccam
requiem fatigatione
micio, uitam mor
las quem regum
qui sua indultria,
eno incendio, & cr
non sectatur.

Ex Bulla Leon
concilii Late

ET cum minime d
serim benemerito
lis providere iust
tamen, uel benefi
redditis, ita co
teri damnum ex h
patiantur, & inde

¶ Si nunc unicus
illiberalis, inutilis
tionibus, ceteris
absq; peccato, &
aut quattuor sac
fessores apprim
cificarent, q̄ in c
consolarentur, p
eibonæ uitæ ex

illum (te interprete) humaniter exceperunt, & iucun-
do conuicto per amice dignati sunt. Vrbs beata, quæ
requiem fatigationi, pietatē sauiat, clementiam ho-
micidio, uitam morti, pacem bello præfert, felix popu-
lus, quem regum siue discordia, siue insania nō fatigat.
qui sua industria, manibus, uel agris contentus, ex ali-
eno incendio, & crudeli strage, inhumanum quæstum
non sectatur.

Ex Bulla Leonis Papæ decimi, sessionis nonæ
concilii Lateranensis in c. de Cardinalibus.

ET cum minime deceat affines, & cōsanguineos, præ-
sertim benemeritos, & ope indigentes negligere, sed il-
lis providere iustum, & laudabile sit, non propterea
tamen, uel beneficiorum multitudine, uel ecclesiasticis
redditibus, ita eos impleri cōuenire arbitramur, ut cæ-
teri damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia
patiantur, & inde scandalum nascatur.

Præmonitio Paterna.

¶ SI nunc unicus ex infima plebe ignobilis, indoctus,
illiberalis, inutilis, aut nothus, tantas ex decimis obla-
tionibus, cæterisq; redditibus ecclesiasticis obuentiōes
absq; peccato, & scandalo rapere possit, quantis tres,
aut quattuor sacrorum canonum, aut theologiæ pro-
fessores apprime contenti forent, qui psallerēt, qui sa-
crificarent, q; in cathedra, & confessione docerent, qui
consolarentur, populum in obedientia continerent, qui
ei bonæ uitæ exēpla præferrēt, qui summū Pontificē,

ac cetum cardinalium, libertatemq; ecclesiasticam ratione, ac sacris literis defenserent, q; cruciatam promoverent, qui plerofq; ab erratis auerteret, & in salutis uiam dirigerent. Iudex sit Christus (cuius res agitur) qui absq; personarum acceptione iudicabit.

SERMO EXHORTATORIVS Cancellarii Eboracensis, his qui ad sacros ordines petunt promoueri.

Quia ad sacrosanctam matrem metropolitana ecclesiam Eboracensem, seu certe ad eximiam auctoritatem, & iurisdictionem domini archiepiscopi Eboracensis. secundum singulorum annorum quattuor tempora pro sacris ordinibus suscipiendis, confluere solet semper maxima iuuenum multitudo. haud ab re, nec prorsus inutile uisum est tantam, & tali indoli iuuentutis, compendiosum scripto edere sermonem exhortatorium, non tam pro rei dignitate disertum, quam potius temporis nostri moribus, & consuetudini accommodatum. Quo sermone nostro singulus quisque examinandus admoneatur, apud semetipsum rite cogitare, & cum omni mentis diligentia considerare, quid, & quantum, quam sanctus, & quam sublimis existat ordo sacri sacerdotii, priusquam ipse rudis, incultus, & inabilis praepropere festinet tantis, & tam mysticis, ac mirabilibus sacramentis initiari. Nam si (ut primo regum. vi. capit. refertur) Bethsamires, eo quod uidissent arcam domini dei Israel, licet holocausta offerentes, & immolantes uictimas, tamen percussi fuerant plaga magna in septuaginta

uiris, & quinquaginta milibus plebis, quæ Arca tantumodo figuram gerebat unitatis. Et si propter eandem Arcam Oza percussus interiit, quod eam nutantem ad ruinam præsumpsisset eleuato brachio sustinere, ut. 2. regum scriptum est. Quis non cum ingenti pauore, cum summa reuerentia, & sancto timore accedet ad ipsius ueritatis altare sacratissimum? ubi manibus mortalium tangitur, & tractatur (sub speciebus licet panis, & uini) uerum corpus, ueri & immortalis ~~et dñi~~ nostri Iesu Christi. Ad hanc namque sublimem assistentiam, ordinationes etiam minores præparantur. qui uero sacris funguntur ordinibus, propius accedunt altari, & familiarius. denique qui ipso insigniti sunt sacerdotio, uerbis & ore pro ministerio cōficiunt, manibus quoque tangunt, & attrectant, tam mirabile, & tam ineffabile fidei catholice principale sacramentum.

Ordinandus in sacerdotem quid cogitet.

EORDinandus igitur iamiam quisque in sacerdotem, alta mentis contemplatione humiliter, & deuotissime potest secum meditari, semetipsum inter ordinandos, quasi unum adesse ex duodecim circumsedentibus Christum in cœna gloriosa, quos duodecim apostolos, tunc Christus ipse dignatus est in sacerdotes adoptare, cum dixit. Hoc facite in meam cōmémorationem. Huius ergo ordinis dignitas, longe superat ueteris olim legis uetustum Aaron sacerdotium, huius ordinis sublimitas celsior est angelis, facultas præstantior cœlorum uirtutibus. Etenim ordo iste is est, quem deus dei unigenitus in terris per se ipsum in ara crucis administravit, & iam cælo regnans, apud patrem exercere pro nobis non desinit. Et quem

exercendum in terris ipsis apostolis, & eorū successoribus sacerdotibus in finem sæculi dereliquit. Quare agite o præclari iuvenes in presbiteros. i. senes, hoc est in sacrum istud sacerdotum collegium adoptandi, maturo uobiscum, deliberato & diffinito iudicio rem tam arduam, tūc sanctam pro eius superexcellsa dignitate, pro onere tanto, et tanta grauitate pensate, atq; an ad uertite. Et iam non passim (puto) accedetis (ut solet fieri) insolenter, procaciter, aut proterue, ut quasi improbo iure uendicetis ab examinadoribus uestram admissionem. Eruditissimus enī quispiam, & exercitissimus sanctarū scripturarum, pluribus licet bonis moribus ornatus, atq; probatus, & omni uita sua uir grauiissimus, atq; consumatissimus, haud reputari debet satis idoneus ad tam sacra, & celsa mysteria, nisi cū omni reuerentia, A sancta matre ecclesia offeratur episcopo amplius probandus, & ab eodem præfule unlo iure, sed ex mera pastoraligratia, suscipiatur consecrandus. Audite ergo & æquo, atq; grato potius animo (si potestis) accipite quos, & q̄ multos ex uobis, examinadores isti uestri merito, ac iure possunt, & debent a sacris aut arcere, repellere ue, aut reicere ordinibus.

Humilitas insit ordinandis.

¶ SPECiosus primū iuuenis, si fueris naturæ dotibus undiq; illustratus. Ingenio felici, atq; acerrimo præditus, literis apprime studiosus, atq; prouectus. Addo etiam stemmate fulgeas, atq; illustri prosapia. Si tñ ex his aut similibus tuo corde, aut spiritu intumescas, si feruidos aut elatos spiras animos, si mēte superbias si te te cæteris anio præferas, si demū non ad doctrinā

et scholam accesseris eius, q̄ dixit. Discite a me, quia
mitis sum, & humilis cordis. non tantū ab his sacris or
dinibus arcendus es, aut repellendus pro tempore, sed
prorsus & oīno reiiciendus, q̄diu te tenet tanta, & tā di
ra uanitatis pturbatio. Quare tumidi omnes, feruidi,
iracundi, impatiētes, uerbis cōtumeliosi, aut gestu, uel
uultu insolentes & superbi, hic omnes arceantur, atq̄
remoueantur. Non em̄ requiescit spiritus sanctus nisi
super humilē, & trementem sermones dei. Si tibi ipsi
forsitan uideare, aut sis reuera his ipsis instructior,
quos ante tuos oculos examinador admiserit, te uero
eodem tempore reiecto, caue omne uerbum insolens,
opprobriosum, cōtumeliosum, aut per comparationē
aliorū, & tui odiosum. Nam cū iudicandus ad sis graui
maiorum iudicio, sed sola eorum grātia admittendus,
nullam perpeffus es iniuriam si arcearis, idcirco nullo
modo actus & opera iudicis tui debes iudicare, sed cū
omni patientia animam tuam posside. Sic enim citius
& melius alio demū tempore (si semper æquo animo,
etiā usq̄ septies perseueraueris) admittendus es, & su
scipiendus. Hæc de humilitate dicta, & de mansueta
patientia cuilibet ordinando esse debent, & ad manū
prompta, & corde summe familiaria.

Non sunt admittendi ppter lras cōmendatitias.

¶ Arcendi quoq̄ sunt omnes & singuli, pro eo saltem
tempore ordinationis (licet alias ualde habiles appa
reant, qui uel nobilium, uel quorūcunq̄ literis, uel uer
bo, aut nuncio ad ordines cōmendantur. Insuper si ul
la, uel minima intercessione clericorum, aut laicorum,
aut quorūlibet hominū examinadores pro ordinādis

interpellētur, aut quoquo modo uertētur, aut fatigen-
tur. Interpellatio namq; talis adeo pestifera est, ut nisi
extinguatur omnino, non liberabitur ecclesia a multi-
tudine rudium, & stolidorum clericorū. Præmoneātur
ergo omnes, & singuli ordinandi, q; uel unicū precis, &
cōmendatōnis uerbum examinatori porrectū, saltem
eo tēpore, impedit eos ab omni ordinis sacri suscepti-
one, ut potius omnes ordinandi rogent, ne quis pro eis
uerbum faciat, aut fundat preces. Non enī uerbis cō-
mendatitiis de peritia, uel doctrina familiaribus, beni-
uolis, uel ullis precibus agendum est ibi, ubi grauitur
examinatoris oneratur conscientia. Oneratur inq; ne
imperitum, & indoctū ullo modo admittat. Non autē
adeo oneratur, ut omnes habiles suscipiat, seu admit-
tat, sed ex ea parte est sibi relicta liberior conscientia,
si non irritatione aliqua, nō odio, aut acceptione perso-
næ, aut alia quauis passionis cæcitate (quod non facile
contingit) erga ordinandū labore, aut teneatur. Nam
cum de ordinandis scripserit Paulus apostolus Timo-
theo, Manum cito nemini imposueris, uide ut nemini
dixit, idest generaliter nulli uiro, non tunc addidit, nisi
ualde idoneis, quasi negligentia reus esset, si non uelo-
citer, faciliter, cito, ualde habiles admiserit, uerum etiā
in præcipuis illis ordinandis, iusta mora, & cunctatio
circūspecta non inutilis, sed necessaria est, præsertim ubi
oē manet periculū, ne inhabilis quispiā ecclesiā subin-
traret, nostris maxime tēpibus, habundante tāta copia
clericorū. Quare de imperitis, & inhabilibus admissis
ad sacros ordines, examinatores grauitur rei tenetur,
de prætermisissis uero habilibus facilius liberantur.

Propter repulsam in examine nō propte
rea non ad examen aliud redeundū.

¶ Quod si literatissimus quispiam, aut aliter spectabi
lis, seu quicūq; alius, q̄a non iuxta suū deservitū, & ad
uotū iam admissus existat, ordines ppter ea paruipen
dēs, ad sēcularia respiciat, & indignāter retrouertat,
iam ille spiritui sancto perhibet testimoniū, q̄ homo
talis leuitatis, & inconstantiae retro abiens, non ualde
aptus est regno dei. Et sancta gaudebit ecclesia hunc
sibi in sacerdotem nō ordinari, q̄ omni uanitatis uento
adeo facile circumfertur. Quali em̄ cordis, & q̄ arida
deuotione se ad sacros ordines ingerebat, qui sic uictus
impatientia, quos non ualuit obtinere, sacros ordines
paruipedit, & eos nititur, quod in se est prope blasphe
mare. Nos autē ista cogimur de praeceptis, & studio
sissimis literarum scribere, ut discant mediocres ne di
cā indocti, & rudes patiēter tolerare, si quādo a sacris
ordinibus saepius p̄ iustos examinatores arceantur.

Qui non sint admittēdi ex parte scientiae.

¶ Quia uero de mediocribus iam sermo incidit, uelim
omnes intelligant ordinandi, omnino eos reiiciendos
semper, & ubiq; a sacris ordinibus, qui in doctrina bo
narum literarum non adhuc peruenerint ad statum,
saltem scientiae mediocrē. Mediocres profecto repu
tandi nullo existunt modo, qui grāmaticalium literarū
expertes, & inopes, eam non callent grāmaticae scien
tiae, qua saltem latinos codices maxime sacros que
ant prompte, expedite, & secundū integritatē iustam
legere, & sensus ac sententias literales ut iacent,
eorundem librorum rite secundū ordinem cōstructōis

exponere, & hoc non tardius, sed facilius quidem.
unde appareat eos non tenuiter, aut leuiter literas ap/
prehendisse, sed scientiæ & constructionis possessione
habere radicam, & quasi cōsummatā. Igitur quicūq;
sacras literas, uel omnino latinam linguam perperā le/
gunt, uel qui legendo a iusta sæpe titubant serie uerbo/
rum, uel tā tardo eorundem legūt interuallo, ut nullū
linguæ latinæ usum exercuisse uideantur. hi interea a/
lacris anteantur ordinibus, quoadusq; p̄ studii diligen/
tiā euaserint in doctrina literarum peritiores.

Qui non sunt admittendi ex parte naturæ.

¶ Similiter qui natura desides sunt, qui obtuso, crasso
& tardo ingenio, & qui deniq; ipsos sacros sensus non
ualent exprimere, uel intelligere, abigendi sunt, ut uel
aliis artificijs naturæ suæ magis accōmodatis sese ap/
plicent, uel uberiorem, & diuturniorem exhibeant di/
ligētiam ad studium literarum, quousq; ualeāt saltem
inter mediocres grāmaticos numerari. In quibus me/
diocribus tam altā requirimus grāmaticalis scientiæ
radicem, tam firmam, tam fixam, ut spes sit, q̄ ipsi so/
li sine aliis doctoribus ex solis libris, & studio diligenti
queant indies magis, & magis legendo, atq; studendo
proficere. Qd si ad hanc scientiæ radicem non adhuc
perueneris charissime, & o amantissime, ut iuste legas
& expedite, ut facilius & prompte cōstructionis sen/
sum exprimas, si nō talem te sentias, ut apud teipsum
iudicaueris, noli (te quaeso) p̄ meram præsumptionem
teipsum offerre examinadoribus. Noli eum gradum
supra te in ecclesia dei quærere: cui neq; nunc, neq; to/
to uitæ tēpore ualebis idoneus ministrare. Nam ante

Paterna præmo
nitio.

susceptos
tum non eu
ceptum s
se, sed sen
tem tales
bem exisu
notabiles,
Pia a

¶ Igitur
tecum pot
corum nu
per me uic
ignorantia
tam dei co
rustici, &
& seruil
gitationib
rere non
die & the
qui uaric
munt, &
& irrelig
eri pote
ignorent
cere, uel
temptis
diq; con
in talib
omnem

1
susceptos sacros ordines, qui ad hunc mediocre sta-
tum non euaserunt, raro uel nunquam uidimus post susce-
ptum sacerdotium, in aliqua eos literatura profecis-
se, sed semper stulti, semper stolidi ad deprepitam aeta-
tem tales permanserunt. Et propterea apud eundem ple-
bem existunt huiusmodi, etiam de manifesta ignorantia
notabiles, in magnū scandalū totius sancti sacerdotii.

Pia admonitio ad iuuenes, & de moribus.

prauorum sacerdotum.

¶ Igitur quisquis es probus, & strenuus iuuenis, sic
tecum potius conuenit meditari. Nolo inter feces cleri-
corum numerari. Nolo ego nobilitatem sancti ordinis
per me uiolari. Ex hac namque stoliditate, ex his tenebris
ignorantiae, illud deplorandum magnū malum per to-
tam dei ecclesiam oboritur, quod ubique per uillas, & rura
rustici, & rurales abundant sacerdotes, partimque sordido,
& seruili se exercent opere, partim qui tabernis, ingur-
gitationibus, & ebrietati sese dedunt, hi mulierculis ca-
rere non possunt, isti ludicra sequuntur ad talos tota
die & thessaras, & huiusmodi genus nugarum. Sunt
qui uanitatibus uenationis, & aucupii tempora consu-
munt, & sic uitam deducunt totā omnino desidiosam,
& irreligiosam ad extremam senectutem, neque aliter fi-
eri potest. Nam cum isti omnes bonas literas prorsus
ignorent, quomodo possunt in lectione, & studio profi-
cere, uel delectari? Quin potius abiectis libris, & con-
temptis, ad praedictam miseram, & in suauem uitā un-
diq; conuertuntur, quærentes torpori suo, & ociositati
in talibus nugis satisfacere. Quocirca o boni iuuenes
omnem istam reiectionem uestrā ab ordinibus, de qua

conquerimini, grato potius accipite animo, quā diu non
sentitis in uobis acre desiderium magis ad legendum, &
studendum in libris legis dei, quā his sordibus, & sæculi ua
nitatibus implicari. Tale autē & tam sanctum desyre
rium uos tenere impossibile est, nisi ante susceptos sa
cros ordines tāta doctrina prouecti fueritis, tam bene
imbuti literis, ut delectabilis, & facilis uobis uideatur
transcursus, & lectio librorum, nec sensuū
ulla pene constructio uobis appareat ualde difficilis,
ut sic interlegendum expedite, & faciliter sensum saltē
literalem ualeatis apprehendere. Sine igitur isto tali
mediocri doctrina, uos semper iure & merito repulsos
ab examinatore iudicate. Quæ mihi iam dicta om
nia præparata, & ferme consummata esse debēt ante
suspensionem uestri subdiaconii, ne postquā (cum reuer
ti ad sæculum uobis liberum non fuerit) sub graui, & im
portabili onere multo magis ingemiscatis.

Impedimenta sacrorum ordinum ex par
te corporis, aut natalium.

QUATrum præterea canones, multos prohibent a sa
cris ordinibus, ob quædam impedimenta, quorum uos
ipsi magis conscii estis, quā uestri possunt esse examina
tores, ut qui spuris, & illicitis nascuntur natalibus, ser
ui quoque nati, nec manifesto scripto adhuc manumissi
qui uel occulta lepra, uel uerisimili expectatiōe lepræ
laborāt, qui morbo caduco, qui latenter deformes, &
monstruosi sunt, qui membrorum, aut alicuius membri
læsionem perpetuā, aut iacturam patiuntur, ut manuū
et digitorum diuicationem, aut stuporem non facile
apparentem, seu incipiente oculorum albugine, aut alia

corū ægritudine, quæ quæ euadat, nondum manifeste
comperta est, aut quous alio inuente defectu (nam de
manifestis facile iudiciū est). Verum in his omnibus, ut
libera gaudeas, & læta conscientia, o p. obe iuuenis,
hoc securum audi, & accipe consiliū. q. si in his, aut re/
liquis huiusmodi (etiā exiguis) uel ipse de te subdabi/
taueris, uel alios de te dubitare credis, uel audis sub/
murmurare, semp rem totā grauitati maioris tui
toris pandito, nihil celans, aut ulla arte mōra regens
debilia, sed eius iudicium cum omni patientia, & gra/
tia expectato, paratus in his omnibus eius parere man/
datis. Nam si arte aliqua, aut tua solertia his occultatis
ad sacros subrepas ordines, per totā uitam, aut te pre/
met pondus ægræ cōscientiæ, uel si absolutionem me/
rueris (quæ in multis solum apostolico reseruatur) te/
neberis tamē semper, cū culpæ occurrit memoria, la/
chrymis pœnitentiæ tantā deflere præsumptionē. Ne
ergo sacerdos fueris semp pplexus, & anxius, aut saltē
sape pœnitendus, age præuenias in his omnibus p sim/
plicē, & nudā horū confessionē faciem dei, exprimēs
omne latens uulnus præcipuo examinatori, & securius
postea accedes quottidie ad tātī altaris sacre mysteriū.

De his qui furtim, & per mendacia
ordines assequuntur.

QUOD HOC loco abominabiles deo existunt illi omnes &
singuli, qui subdola arte, fraude, furto, per saltum, uel
mēdacio, aut cum scribis, & examineribus muneris
conuentione (quæ redolet labem simoniacam) aut qui
carnali his beneuolentia, absq; examinatiōe debita ob/
tinent sua nomina in ordine admissorū redigi. Et tanto

secū crimine cōtaminat, ut omnes, & inuoluunt fraudis, & facti conscii, cooperantur, & consentientes. uti si de cætu instructor quispiā, siue ipse admissus sit, siue minime, tamen in tanta multitudine pro altero sodali examinatione se supponat, & mentiēdo alterius nomē pro se det examinātibus, iste a suscepto ordine merito redditur suspensus, & ad omnes deinceps ordines inhabilis. Quod ad per pænitiā tanti criminis mereat absolui ab eo, q̄ habet ī eiusmodi facultatē. Talis quoq; se ingerens, nullo potitus ordine, nec forte eos quærēs, sed procaciter cōtemnens, sciat se interea manere execrabilem, extra numerū fidelium, quousq; mereatur debitā cum pœnitentia absolutionē. Similiter qui sese uniuerſitatis alicuius graduatos mentiūtur, ut euadāt examinationē, aut qui aliis simile perhibēt testimoniū pro eis mentiti, execrabiliter delinquant, quorū peccatorum hominū cor sathanas tēptauit mentiri spiritui sancto. Qui ætatem annorū, cum incerti sint, asserere audent, inter mendaces computantur. Multo autē magis qui in his certū sibi fingunt mendaciū, cuius culpæ sæpe fiunt parentes participes (ne dicam etiā impulsores) qui propter ambitionē sæcularem, ut filios ī clericatū truant, audent ætatē satis propectā filiis multis modis nuncupare, aut saltem somniare, nec deum, nec ecclesiā dei in re tanta iusto timore metuentes. Nam paupertatis inopia grauati, per filiū sacerdotio intrusum, sperant & expectāt uitam lautiorē. Hic nemo putet ullo modo ad sanctæ elemosynæ opera ptinere ut pauperes, aut pauperum filii citius præ aliis ad ordines promoueantur, non enī in carnalem, & corporalē

¶ Verum n
immo ab his
tate uestium
etu incedent
dos, qui prot
qui faciem p
lenia (licet
est, quoad c
derunt sanior

subuentione, aut ullum commodum temporale ordinis
sacri gratia eroganda est. Sed ut hic uultus potentis non
est honorandus, ita nec pauperis persona honoranda est.
adeo quod si quis, ut facilius admittatur, suam vel parentum
paupertatem allegauerit, reiciendus est cum graui corre
ptione, quod non corde perfecto sequitur dominum, nec san
ctum habet sacrorum desiderium. Quippe quod ex his spe
ctare, & sitire uidetur potius commodum corporis tem
porale, quam eternam spiritus querere salutem, cuius hic pro
prie pignus datur, & cum omni mentis deuotione recipi
debet. In isto ergo admissionis iudicio soli praeponun
tur, quos competens doctrina, & bonorum morum probi
tas magis exornauerit. At humanitatis & gratiae pro
bitas saepe lucescit in natura potius liberali, quam se ser
uat idonea, & condigna cum corporis, tum animae mu
dicia, nec rudibus atteritur, seruilibusque operibus, ubi
incessus, uultus exterior, uestitus non rusticus sit, nec cle
ricis indecorus.

Epithoma
idoneorum.

De uestitu, & aliis clerico indecoris, pro
pter quae reijciendi sunt.

¶ Verum multo magis magno uituperio digni sunt,
immo ab his sacris ordinibus longius arcendi, qui uani
tate uestium gloriosa gaudent splendere, aut laico ami
ctu incedentes, nihilominus audent se offerre examina
dos, qui profusos capillos, & comam nutriunt capitis,
qui faciem praese ferunt luxus, leuitatis, & omnis inso
lentiae (licet literatissimis) sacer ordo conferendus non
est, quo ad certa signa, seu testimonia econuerso edi
derint sanioris animi, & melioris modestiae.

De eis qui contraxerunt,

¶ RESTant præter hæc & alia grauissima quædam
ipsis canonibus annotata, ut qui præcontractato ma/
trimonio implicati sunt, & reliqua huiusmodi, quæ qua/
raris & paucioribus pertinent, nos ea consulto præter/
misimus, a peritioribus iuris perquirenda. Illud unum
singulis & omnibus in cōmune dictum esse uolumus.
Qui uel horridi sceleris sui, uel canonici impedimenti
iniquis secretius sunt conscii, ad sacros ordines nullo
modo presumant accedere, nisi ut uere miseri uiuere
uelint sacerdotes (ut diximus) uel ægræ & molestæ
cōscientiæ, uel ad minus duræ & rigidæ per totam ui/
tam pœnitentiæ.

Exhortatio ad subdiaconos.

¶ Superest autē nunc o præclari iuuenes, uos quasi ad/
missos, & in subdiaconatū saltē coaptatos generatim
omnes alloquamur, & exhortemur in dño, ut tam sub/
limibus, & diuinis sacramētis initiati, & iam ordinati,
deinceps omne scelus, omne flagitiū, omne crimē, & tur/
pe facinus, oēs uitiorū fæces longe fugiatis & deteste/
mini. Virtutem uero oēm, & probitatē sectemini, casti/
tatē, pietatem, patiētiā omnē, & omnē charitatē.

De quinque uiciis præcipue fugiendis.

Luxuria.

¶ Verum quia id sermonē exigeret longiorem. Nos
quinque tantū genera uitiorū paucis expediemus a uo/
bis sūmopere detestanda, quæ ex his citius oriri solet fre/
quens, & turpis infamia in omnem clēricatum. Luxur/
igitur impurus, & insana carnis libido primū abomi/
nanda est, ut castissimo uos corpore seruetis nō modo
ab omni actu impudico & libidinoso, sed etiā ab omni
specie pruriētis libidinis. Apostolo clamāte, Ab omni

specie mala absti
ubi nobis prohib
miliaris, aut susp
qui cōgit picē, co
minus prona
stupranda ab
a feruida ira nos
iracundiæ furor
hiberi. Hic nob
crucientorū uis
preces & lach
uituperiū de c
peritiosa pest
qua apud pop
mulantur & n
amplas prom
& cumulandi
uel nullam ex
q̄ callidi notan
onidediti stud
conducūt, &
& ouium gro
nec curante
Per istos pro
sacerdotiū.
da nostra cr
hoc potato
litatem fug
ebrioso clē

specie mala abstinere uos et ite. Fugite fornicationē
ubi nobis prohibet non solum cohabitatio, sed & oīs fa-
miliaris, aut suspiciosa consuetudo in mulierculis. Nā
qui tāgit picē, coquinabit, & caro nostra fragilis nō
minus prona est ad ruinā (si affuerit leuis occasio) q̄
stupæ aridæ ab igne proximo facile accēdent. Deīde *Ira.*
a feruida ira nos tēperemus oportet, ne pericula
iracundiæ furore rapiamur. A quo decet nos semp
hiberi. Hic nobis oīs percussio uiolēta prohibet
cruentorū usus armorum, cum arma sacerdotum sint
preces & lachryme, & leges ipsæ prohibendo canunt
uituperiū de clerico percussore. Tertio, illa rapax &
perniciosa pestis auaritiæ procul nobis uitanda est, de *Auaritia.*
qua apud populū omnes pene sacerdotes ualde insi-
mulantur & notantur, quasi uel quod sumus auidi ad
amplas promotiones, uel duri, & tenaces in retinendis
& cumulandis pecuniis, erogatiōem admodum tenuē
uel nullam exercentes in opera pietatis. Proh pudor
q̄ callidi notamur in contractibus, q̄tum sumus empti
oni dediti studiose, & lucrosis uenditionibus. Hi agros
conducūt, & uberiora pascua, ut brutorum armenta,
& ouium greges pascantur pinguius, non cogitantes,
nec curantes de pascuis, uel propriarum animarum.
Per istos prophanatur, & contaminatur honor sancti
sacerdotii. Quarto Christo docente caueamus ne cor
da nostra crapula grauentur, & ebrietate, & propter
hoc potatorum ingurgitationem, & tabernarū sedu-
litate fugiamus. Nam nihil turpius crapulento, &
ebrioso clerico.

Contra ocium & desidiam.

Gula &
Ebrietas

¶ **P**ostremo nalde vigilandum nobis est, ne tota uita
nostra languens & desidiosa appareat, torpore & ua
nitate plenissima. Ab assidua uenatione, ab aucu
pio, a ludis theatralibus, a turpis lucri ludis, ab id gen
leuibus nugis, a consuetudine nimia & sodalitate laico
rum, & talibus, multū deterremur, ut palam fiat nos
habere māducare, ut faciamus eius prae
pue uoluntatem qui nos misit, & admisit ut ei potissi
mē p̄ceamus, cui p̄ sacros ordines nos probauimus,
& iure uedicauimus.

De studio literarum contra ocium.

¶ **V**er tamur ergo ad studium, lectionem, & contē
plationem sanctarum scripturarum, contra hunc indi
gnum torporem, & fastidiosam desidiam, ne concessa
nobis tempora instructuosa, & inutiliter cōsumamus.
Esto q̄ horarum canonicarū pensum debitum, & mis
sarum inter nos sacrificium quotidie deo etiā debitis
horis immolemus. Esto etiā q̄ in choro (ut magis de
corū est) psallendo, & canēdo, deuotā, & cōuenientē
temporis morā ad mediam usq̄ diem p̄trahamus.

De solatiis sacerdotum honestis

¶ **N**on tamē ex his putemus nos sancto sacerdotio
nostro satisfecisse, nisi per id quod residuū est dierum,
& noctium languidam, & turpē desidiam quibusdam
sanctis operibus a nobis fugauerimus. Constringimur
(fateor) corporis necessitate quae inter clericos serua
ri debet cibi, potus & somni temperantiam. Modesta
solatia nobis permittūtur, sed ea melius, & iucundius
inuicem perficiemus sermone sancto, & uerbis aedifica
toriis. Interdum ad preces, & deuota cōuertamur me

ditionem. Præcipuū autem contra inertem torporē
præstat remedium lectio assidue & reuolutio librorū
legis dei, & scripturarū, quos ante nos sancti patres, et
doctores ediderunt. In quorū opusculis iā per impres-
sionē abādantibus possunt uel mediocriter eruditi, ua-
rium & iucundū colligere solatiū. Et ut manualis arti-
fex præter opellā exteriorē merciū, habet officinā sup-
eris, in qua nisi p̄ uarios dies diligenter operetur, nō
facile per artem lucubrabitur uitæ necessaria. Sic nos
præter dei templā & sacella, in quibus orantes quoti-
die & psallentes, quasi merces exponimus uiatoribus,
exercere debemus officinā studii interiorē sacra lectio-
ne, & eruditōe, ut ditescamus in doctrina, ne uitæ æter-
næ nobis desunt necessaria. Ociosi em̄ ab huiusmodi
opere fructuoso nō facile uitabimus spirituale inopiā,
nec aliūde habere possumus, unde uerborū dei sanctā
consolationē populo exponamus. Quare fratres cha-
rissimi, tunc putemus iustos nos esse sacerdotes, si no-
bis solatio, si cōsolationi & gaudio fuerit tale continuū
studiū sanctarū scripturarū. Hactenus contra desidiā,
nam de radice uitiorum superbia, & eius nequissima
comite inuidia tacuimus, q̄ per ueram humilitatē, quā
initio sermonis cōmendauius, utrūq; uitium confidi-
mus extirpandū. Mementote autē nos uobis ordinan-
dis hæc scripsisse omnia, respiciētes tantum ad debitū
honore, & sanctam contemplationē corporis Christi
ueri, id est sacrosanctæ eucharistiæ corporis, & sangui-
nis domini nostri Iesu Christi quotidie in altari a uobis
immolandi. q̄ si de corpore Christi mystico, id est toto
populo christiano (super quo etiā uobis confertur ab

episcopo facultas. *Ita cum dicitur, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis & quorum retinueritis, retenta sunt* uos nunc admo-
neremus, iam magno et latiori sermone opus esset pro
tantæ rei dignitate. Sed nos in uerbis potius apostoli
Pauli sermonem finientes, id ferme quod ille Timotheo
scribens, in singulo quoque requirit episcopo, nos ad om-
nes & singulos iure transferimus sacerdotes. Oportet
igitur sacerdotem irreprehensibilem esse, sobrium or-
natum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem,
non uiolentum, non percussorem, sed modestum, non
litigiosum, non cupidum, sed sui domui bene præposi-
tum, Si quis autem suæ domui præesse nescit, quomo-
do ecclesiæ diligentiam habebit? non neophitum ne
in superbiam elatus, in iudiciū incidat dyaboli. Opor-
tet autem & illum testimonium habere bonum ab his
qui foris sunt, ut non in opprobrium (scilicet laicorū)
incidat, & in laqueum dyaboli. Quibus salutiferis apo-
stoli uerbis, post acceptū a uobis sacrum sacerdotiū,
ut in omnibus rite conformemini, præstet ipse primus,
& præcipuus sacerdos, dominus Iesus Christus,
cui cum Patre, & Spiritu sancto sit om-
nis honor, & gloria in sæcula sæ-
culorum. A M E N.

Celeberrimo sacrae theologiae Licenciato Iacobo
Vuinphelingo Hieronymi Cancellarius, S.D.

QUORATIONEM illam Eboracensis Cancellarii
sacris ordinibus initiandorum exhortatoriā, cū adiuncto
epistolio tuo (dulcissime praeceptor) non sine maximo
animi mei recreamēto, crebrius pellegendo reuoluī. il-
lic quippe, si purgatas auris, & lynceos adhibueris
oculos, quales in diuinorum administrationē sacri men-
torū (omni uel odio, fauore aut cognatione semotis)
admitti expediat, examiatores scitissime admonemur,
discent & istic ordinari cupientes, ne illotis (ut aiunt)
manibus, tā regale, tamq; arduū sacerdotale fastigiū
aggredi praesumāt, uerū in clericalem uenturi sortem,
a pueritia totius adulescētia & iuuentutis florem, uir-
tutibus, probis moribus, literis ac decenti corporis cultu
exornent, quo continuata recte uiuendi exercitatione,
consuetudo quaedā (quā habitū aiunt) suborta, nec ui-
rilem deserat aetatem. bonum (uates inquit) est uiro, si
portauerit iugum ab adulescētia sua. qd precor aliud
hoc iugo significatur, quā studiosa, & exēplaris uita:
qua scilicet ne dum homo intra se pficitur, uerū & pxi-
mus edificatur, quod iugum, & si primo cōgressu labo-
riofissimū sit, suauitatē nihilofecius redolet iucundissi-
mā, uirtute quidē nihil dulcius, nihil preciosius, nil de-
niq; optabilius, hac nanq; sola diuificat, Heroas pro-
creat, ac immortales homines reddit. Cuius dulcedinē
nec pessimus quisq; non appetit. nam cū omne bonum
appetibile, item uirtus bonum sit, & ipsam appeti con-
gruit. tale iugum quanq; christianos deceat omnes, cle-

Habitus.

Quid per iu-
gum dñi si-
gnificetur.

Virtus labo-
riosa.

Virtutis effe-
ctus.

ricos tamē, & sacris insitandos ueluti diuinæ sorti ascri-
ptitios præcipue nocet. Hi quidem in ecclesiæ dei
ministros electi, si quid pro humanæ fragilitatis imbe-
cillitate liberior deliquerint, grauius ob proximi scan-
dalum peccāt. Nam ut Iuuenalis cecinit. Omne animi
peccat maior habetur. In hosce Christus saluator no-
bis horrendo inuehitur uerbo. Melius (dicens) esset il-
li, ut suspendere mola asinaria in collū eius, & demer-
geretur in profundū maris. Quocirca sacerdotali de-
curiæ ascribi petētes, perpetuam honestæ cōuersationis
gerāt curā, quā nisi multo sudore, ac exercitio a iuuetu-
te induxerit, uiri raro, aut uix adipiscētur. Horatio siq-
ue authore. Syncerū est nisi uas quodcūq; infūdis ace-
scit. Et mox subinsert. Quo semel est imbuta recēs ser-
uabit odorē Testa diu. Obiicies fortasse quosdam nō-
dum clericos, fuisse insoletissimos, uerū sacerdotali cō-
scriptos albo. pudicitiae, castitatis, sobrietatis, cætera-
rūq; uirtutū extitisse obseruantissimos, nō diffiteor, id
tamē haud uulgare sancti pneumatis opus non oībus
sperandū dixi. quocirca hallucinantur, qui optimas iu-
uentutis, & adulescētiæ suæ horulas male collocātes,
segnicie, gulæ, torpori, ludo, Veneri, aut cæteris mūdi
uanitatibus, neglecta minerua, inseruiētes, tandē spiri-
tu, nescio quo impulsī, sacris iniciari anhelantes, quēpiā
præceptorē mercātur, cui⁹ auspicio ī unius, duorū aut
triū mensiū spacio, ueluti æthneis fornacib⁹ Cyclopū
elimati, manibus dedolari, erudiri, ac expoliri possint.
Libuit in tales cū Lucretio exclamare. O stultas ho-
minū mentes, o pectora cæca. Quare ordinādi sapius

Iuuenalis

Christus in
euangelio

Horatius
Pla. ij. li. pri.

Lucretius.

Dathan, Ch
quod cū ind
pi sint. St
istud ouile
intrat, fur
cupiētes, ne
cibus, minis
cere, corrup
conantur. I
etatis defe
leus morbu
seruitus, &
canonū stat
ti, & quider
Dii boni, qu
simoniaci c
uideāt quor
deū uera co
entia tua m
tuū ueluti
petitū corre
ter sup pro
imperatori
incomodo
stultā muli
horret, mo
modi deest
tali fastigi
quo iure, q
tionibus c

Dathan, Chore, & Abyron interitus secum repetant, Dathan chore
re & Abyron
quod cū indigni sacrificare p̄sumpserint, uiui absor
pti sint. Studeant præterea per ostiū, & non aliunde
istud ouile ingredi, nam qui aliunde, & non per ostium
intrat, fur est, & latro. Per ostium intrant, qui ordinari
cupiētes, nec suo, nec aliorū studio, examinātib; pr
cibus, minis, muneribus, aut quouis alio pacto, mu
cere, corrumpere, seu a recti iudicii tramite ~~secedere~~
conantur. Latentia impedimentā ceu sunt nataliū, & Impedimē
ta ordinum.
ætatis defectus, membrorū deformitas, lepra, Hercu
leus morbus, homicidiū, infamia, coniugiū, bigamia,
seruitus, & cætera id genus, qbus a sacris ordinibus ex
canonū statutis repelluntur, nō celant, q titulo sufficiē
ti, & quidem non simoniace adepto prouisi comparēt.
Dii boni, quanta fraus? quot doli, quæ periuria? quot
simoniaci contractus? hoc titulorū aucupio timendi?
uideāt quorū interest, iudices examinis decipere potes
deū uera corda, & renes scrutantē falles nequaq, cōsci
entia tua mille testes, dies ac noctes te cruciabit, anim
tuū uelut Tycianū iecur, ppetuo uulturis morlu im
petitū corrodet. Sciscitabat Agrippina Neronis ma
ter sup prolis fato Mathematicos, qui ipsū aliquando
imperaturū responderunt, uerum cū maximo matris
incomodo, subiunxit Agrippina, modo imperet. O
stultā mulierem Horestē infaniorē, quæ mori non ab
horret, modo filius dominet. Timeo nec hodie huius
modi deesse parentes, q ut filios suos citius in sacerdo
tali fastigio cernant, uel superbia, uel auaricia ducti,
quo iure, q̄q; iniuria, beneficiis, numerata pecunia pen
sionibus et sine apostolice sedis indulto redemptis, p Tycius.
Agrippina
Neronis, ma
ter.

Pensionū re
demptores.

Notent do
cti cura

Que doctri
na curatos
deceat

Solonis di
ctum.

Adagium.

uidet, defectus subtilitatis, interdum debitam aetatem non
sine maxima animarum perniciem mentiuntur. In
qua re, tum ordinandi, tum examinatores cautius prospi
cere tenentur. Restat & temeraria quorundam obserua
da stoliditas, quae Romanas uix balbutientes literas, Gram
matices docti, praesbiteratque ordine insigniti praesumunt
et simpliciter sacerdotio contenti, etiam curatas ecclesias,
uel populosas assumere, illas regere, concionari, reatus
subditorum audire, sacramenta ministrare non erubescunt.
Hi cum scripturarum intelligentiam habeant nullam, quo pa
cto iter lepram, & lepra discernent, omnes discriminatim
absoluunt, nihil differentiae inter reueruatos & non reuer
uatos casus habentes. De restitutionibus precor a sub
ditis consulti quid respondebunt? Hinc abominabilis ani
marum perditio, hinc totius cleri contemptus suboritur.
unius quidem culpa in multos et innocentes diffunditur.
quo circa ordinari cupientes, exhortamur, ac per miseri
cordiae dei nostri uiscera obsecramus, nisi Grammatices
fundamenta bene iecerint, nisi scripturas sobrie intelli
gere, intellectu alii interpretari, uitaeque sanctimonia
praesse possint. sacris initiari, curandarumque animarum
regimen subire contendant minime. Praecipiebat Salo
minius ille Solon, Cum primum didiceris regi, tunc regito.
nam rector populi prius se quam populum rectificare de
bet. alioqui erit uelut is, qui curuam umbram rectificare uo
luerit prius quam uirga umbram curuam faciens recta fiat.
Dic Sodas, quo pacto alios reget, qui nihil literarum, &
morum didicerit, & hodie literarum indoctissimus discere
erubescit, e pumice certo aquam, aut ab asino lanam pos
tulabunt, illius doctrina imbui sperantes. Nemo igitur

sacrarum literarum igitur
pello literas, quibus
fictis, quales sunt
Hymni, Sequit
nicorum, & Poeta
pro, dumodo illi
tempus incubas.
Christi, non quod
cos, uerum quia nim
pulasse. Sunt po
nunc legentem rem
plus ueneri, quam m
toxico sacrosancto
impulsi, peul du
sto patre, ac dno
praesidete celeb
esi partius, & c
nus sancit inco
sessione iamdu
du diximus ep
ri prospiciant qu
doctrina adept
statu necessari
non deficiat, re
dituri talentu
ignominiose li
tenebras enici
epistolio col
ra emaculan
redibus nostris

sacrarū literarū igitur ordines presumat. sacros ap/
pello literas, quibus Romana ecclesia in diuinis utitur of/
ficiis, quales sunt epistolae Pauli, Euangelia, Collectae,
Hymni, Sequētia & cetera id genus. Politiorē tamen aethi/
nicorū, & Poetarū, & Historiographorū latinatē ap/
probo, dummodo illi citra sacrarū literarū intellectus con/
temptū incūbas. fertur diuī Hieronymū ante trinitatis
Christi, non quod Ciceronē ceterosque legisset Aethni/
cos, uerū quia nimium quod ecclesiae debuerat dispulit tra/
pulasse. Sunt profecto hae artes meretriceae nimium non/
numquam legentē remorantes, & nisi sobrius lector adfuerit
plus ueneri, quam mellis clanculū suffundūt. Quare huic
toxico sacrosanctū Lateranense conciliū, sancti spiritus
impulsu procul dubio in urbe Roma, Sanctissimo in Chri/
sto patre, ac domino nostro, domino Leone Papa decimo, illi
praesidēte celebratū, medicari deliberans, phlegma, ac po/
estis partius, & citra christianae religionis iacturā, matu/
rius sanciuit incumbendū, cuius decreti bullae in octaua
sessione iam dudum lectae tenore, huic nostrae subnecten/
dum duximus epistolae. Accuratus igitur ordines aditu/
ri prospiciant quo competentē suo cum ordini, tum sacerdotio
doctrinā adepti, honesta conuersatione ceterisque adhuc
statū necessariis praefato sermone copiose diuulgatis
non deficiant, nec rationē negotiationis suae altissimo red/
dituri talentū sibi creditū nullo cum faenore afferentes
ignominiose ligatis manibus, et pedibus in gehēne ignis
tenebras eiciantur, quod si quid incultius ex hoc nostro
epistolio colēdissime praceptor prodictū sit tuae censu/
rae emaculandum, & corrigendū subiicimus. Vale ex
aediis nostris. x. die Septēbris Anno M.D.XIII.

Poetas non
negligēdos.

Hieronymi
castigatio.

Poeta gentilis.

Semper pauper eris, pauper es Emiliane
Dantur opes tuis nunc, nisi diuitibus.

Alludit poeta christianus.

Mos est praelatis, praeendas non dare gratis.
At bene nummatis, uel eorum sanguine natis.

Bulla Leonis Papae decimi, in octaua Concilii
Lateranensi. sessione publicata.

De animae immortalitate.

De studio philosophiae, & Poeticae moderando.
Canonumque, & theologiae praefendo.



EO Episcopus seruus seruorum dei. Ad
perpetuam rei memoriam, sacro appro-
bante concilio. apostolici regiminis sollici-
tudo nos assidue pulsatur, ut medendis ani-
marum languoribus, quorum nos ex alto omnipotens
auctor curam habere uoluit, his potissimum, qui instan-
tius fideles nunc urgere cernuntur, salutifero olei & ui-
ni medicamine, ad instar Samaritani in Euangelio, sol-
licitam operam impendamus, ne nobis illud Hiere-
miae obiciatur. Nunquid Refina non est Galaad, aut
Medicus non est ibi. Cum itaque diebus nostris (quod do-
lenter referimus) zizaniae seminator, antiquus huma-
ni generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a
fidelibus semper explosos, in agro domini superfemi-
nare, & augere sit ausus, de natura praesertim animae

rationalis, quod uidelicet maiorem sit, aut unica in cunctis
hominibus. Et nonnulli temere philosophantes, secundum
saltem philosophiam uerum esse asseuerant. Contra hu-
iusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes,
hoc sacro approbante concilio, damnamus, & repro-
bamus omnes asserentes animam intellectiuam mortua-
lem esse, aut unicam in cunctis hominibus, aut hoc in
dubium uertentes. cum illa non uere per se, & essentia-
liter humani corporis forma existat, sicut in Canone
felicis recordationis Clementis Papae quinti praedeces-
soris nostri in generali Viennensi Concilio edito continetur.
Verum & immortalis, & pro corporum quibus infundi-
tur multitudine singulariter multiplicabilis, & multi-
plicata & multiplicanda sit. quod manifeste constat ex
Euangelio, cum dominus ait, Animam autem occidere non possunt.
Et alibi Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam
aeternam custodit eam. Et cum aeterna premia, & aeter-
na supplicia pro merito uitae iudicandis repromittit,
alias incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minime
profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti
& iusti miserabiliores essent (iuxta apostolum) cunctis
hominibus. Cunctum uerum uero minime contradicat, om-
nem assertionem ueritati illuminatae fidei contrariam, om-
nino falsam esse diffinimus, & ut aliter dogmatizare
non liceat districtius inhiibemus, Omnesque huiusmodi
erroris assertionibus inherentes, ueluti damnatissimas
haereses seminantes per omnia, ut detestabiles, & abo-
minabiles haeticos & infideles, Catholicam fidem la-
befactantes, uitandos, & puniendos fore decernimus.

Insuper omnibus, & in singulis philosophis in uniuersita-
tibus studiorum generatim, & alibi publice legentibus
districte præcipiendo mandamus, ut cū Philosophorū
principia, aut cōclusiōes, in quibus a recta fide deuiare
noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explicauerint,
quale hoc de anīæ mortalitate, aut unitate, & mundi
aeternitate, ac alia hmodi teneantur eisdem ueritatem
religionis christianæ, omni conatu manifestam facere,
& persuadendo pro posse docere, ac omni studio huius
modi philosophiæ argumenta, cū omnia solubilia ex-
istant, pro uiribus excludere, atq; resolvere. Et cū non
sufficiat aliquando tribulorū radices præscindere, nisi
& ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorū semi-
na, originalesq; causas unde facile oriuntur remouere.
Cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturni-
ora, quā deus (scd̄ in uerbū apostoli) euacuauit, & stul-
tam fecit, abq; diuinæ sapientiæ cōdimento, & quæ si-
ne reuelatæ ueritatis lumine in errorem quandoq; ma-
gis inducūt, q̄ in ueritatis elucidationem. Ad tollendā
omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari
cōstitutione ordinamus & statuimus, ne quisq; de cæ-
tero in sacris ordinibus constitutus secularis uel re-
gularis, aut alias ad illos iure arctatus, in studiis gene-
ralibus, uel alibi publice audiendo Philosophiæ, aut
Poësis studiis ultra quinquenniū post Grammaticam
& Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iu-
ris Pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquē-
nio, si etiam illis studiis insudare uoluerit, liberum sit ei
dum tamen simul, aut seorsum Theologiæ aut sacris

Canonibus opera-
libus professionib;
de infectas Philo-
& sanare ualeant
corum, ubi gener
sacrum corunde
pio studiū, in uirtu
damus. Nulli ergo
ginam nostræ dar
inhibitionis, de
infringere, uel ei
tem hoc attemp
nipotentis dei, ac
eius se nouerit in
Sessione in later
celebrata. Anno
quingentesimo t
lanuarii, Pontifi

Papa m
ex leg
Q

Canonibus operam nauauerint, ut in his sanctis, & utili-
libus professionibus sacerdotum domini inueniant, un-
de infectas Philosophiæ, aut Poelis radices purgare,
& sanare ualeant. Et hos Canones per ordinarios lo-
corum, ubi generalia studia uigent, & rectores uniuersita-
tum eorundem studiorum singulis annis in princi-
pio studii, in uirtute sanctæ obedientiæ publicari manda-
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
ginam nostræ damnationis, reprobationis, diffinitionis
inhibitionis, decreti, ordinationis, statuti & mandati
infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attemptare præsumperit, indignatione om-
nipotentis dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum
eius se nouerit incursum. Datum Romæ in publica
Sessione in lateranens. sacrosancta basilica solenniter
celebrata. Anno incarnationis dominicæ Millesimo
quingentesimo tertio decimo. Quartodecimo Kalen.
Ianuari, Pontificatus nostri anno primo.

P. Bembus.

D. de Comitibus.

Papa mandat, Papæ obediendum est
ex lege diuina Christus enim dixit
Qui uos spernit, me spernit.

EXAGGERATIO PRAEDICTORVM

Ioannis Gerson in sermone exhortatorio
ad Episcopos, q in quarta parte sub
alphabeto Octauo reperitur.

In collatione ordinū summa deberet abhiberi cautio
q in sergeratur. specialiter q, & quales assumunt ad
sacerdotiū, quemadmodū sine utilitate, imo cū grandi
ecclesiae dedecore multiplicātur. Ex hoc enī praeipue
q hāc iānuā non satis obseruata, pcesserūt male in ec
clesia, cōcubinatoriū, & sceneratorū clericorū, & mer
catorū, & breui uerbo hoīm dissolutissimā uitā, atq
perditissimā, plusq rurales omnes ducentium.

Pictorii tetrastichon ad concubinariū non uere
compunctum ni scortū domo expellat.

Si tibi uis credam te poenituisse malorum,
Prisca uelim posthac crimina non iteres.
Turpe homini nimis est, ubi se fluuiatibus undis
Lauerit, a solito nolle cauere luto.

Ad sacris initiandum.

¶ Vires tuas metire. Nemo te ad arduum sacerdotiū
cogit. Liber es. Si gradum hunc amplecteris, coelibat
tum sacerdotibus indictū seruato. Si a carne, aut Plu
tone tentaberis, inuoca Christum, implora matrem.
Mors subeat in mentem, & flammæ stygis sempiter
næ. Reuoluito uersiculos ex Saphico Vuimphelingi
caputiati ad suum Sambuccellum.

Quando te car
Vexat, aut nost
Daemon immittit

Vulnertum Ch
Virginem pull
Sis memor mo

Literas sacras
Ecce qui scrib
Nec tuis ledas

Guilelmus
de Gan
In pr

Non ego magn
Sed quos in fat
Sæuq comp
Et qui debuer
Illucere aliis, p
Ccelibe quos u
Esse, animoq
Debit, ecce p
Ac tanquā lic
Scilicet hi sum
Atq ideo soli
Qualia temp
In quibus im

Quando te carnis reprobe iustus
Vexat, aut noster inimicus acer
Dæmon immittit cerebro furorem
Vincere tentans.

Vulnerum Christi memorare supplex
Virginem pulsa precibus Mariam
Sis memor mortis, Stygiæq; flammæ
Ocia uitans.

Literas sacras lege, non Nasonem
Fœda qui scribunt fugito poetas,
Nec tuis ledas studiis ephcebos
Esto sacerdos.

Guilelmus de Mara Iuris V. doctor ad Ioannē
de Ganay magnū Franciæ Cancellariū
In priorem sententiā astipulatur.

Non ego magnānimos, quorū est pars maxima, taxo.
Sed quos in fatuos deflectit scemina mores,
Sæuaq; compescit seruili belua freno,
Et qui debuerant accensæ lampadis instar
Illucere aliis, prebent exempla malorum
Cœlibe quos uita, casto quos corpore semper
Esse, animoq; decet, quos tangere scemina nunquam
Debit, ecce palam sponsas ducuntq; tenentq;
Ac tanquā licitis pariter sibi nexibus hærent.
Scilicet hi furuos lemures, laruasq; tremiscunt,
Atq; ideo soli noctu dormire uerentur
Qualia templa dei, quam sacra palatia cordis,
In quibus immundæ ueneris simulachra locantur,

Atq; pharetrati fugiens Iupitinis arma,
Hiccing coelicolum princeps habitabit Iesus?
Quis ista pectus, pureq; nitentia templa,
O sacra sanctaq; manus, o regie uertex,
Atq; insigne caput, clara redimite corona.
Non pudet his labris olido dare suauia scorto,
Nunc quibus ipse sacrum sumis cum sanguine corpus?
Nec pudet his manibus meretricis tangere membra?
Nunc quibus aetherei regis pia membra tenebas
Heu pietas, heu prisca fides, nihil ergo moueris
Maiestate dei? metuis nihil, & pudor ora
Deserit? ac ceca uitii caligine merfus
Non curare deum credis, nec talia nosse?
At qui forma domus spectacula quanta ministrat?
Discurrunt tenues per mensam & scamna popelli,
Melchisedech iuxta regina in sede locatur
Ipsa iubet famulis, domino plerumq; minatur,
Qui tacet, & dicto parens taciturnus obaudit,
Quod si bilis atrox rutilum descenderit ad cor
In caput illius iacit inflammata catillum
Hec si iusta foret coniunx, quis talia demens
Tam foret, ut stomacho constanti ferre ualeret?
Sed quia legitimo non est sociata hymenæo,
Ne uelit, atq; alium sibi preferat illa ueretur,
Atq; ideo patitur, quicquid iubet aspera luno
Hinc constructa ruunt pario de marmore templa
Decrescunt census, nec enim pia tura sacerdos
Concremat, atq; statis hymnos non concinit horis.
Sacrificat raro, diuinum deserit usq;
Officium, expendens cunctos in pellice nūmos

Et domini taleis
Ac sine honore
Cum corio niue
Impastiq; greg
Nec cibus aut p
Fœda capit Ma
Tunc ferus ah f
Tunc latro gra
Atq; animas da
Perfidus iusulso
Sed quis erit m
Diuidet, ac uit
Cogitur, aspect
Inestamq; dol
Illa e diuerso m
Et sperare iubo
Osculaq; inter
Atq; uoluptat
Præteritas, hi
Cumq; grauer
Illius in manib
Alit inimicus a
Assidet expe
Hic finis misce

Hieron
Sex

Et domini taleis patrimon. rtit in usus,
Ac sine honore premit Christi & sine nomine sponsa
Cum corio niueas uellit de corpore lanas
Impastiq; greges incerto calle uagantur,
Nec cibus aut potus miseris datur, omnia namq;
Foeda capit Mæn, aslataq; uoragine condit
Tunc ferus ah spreto lupo insidiatur ouili,
Tunc latro grassatur, tunc prædam diripit hostis,
Atq; animas dæmon cruciandas destinat orco,
Perfidus iusulos celebrat dum pastor amores,
Sed quis erit modus? ipsa equidem mors sola dolētes
Diuidet, ac uitæ cum tristitia soluere fata
Cogitur, aspectat miseram mens omnis in illa est,
Incestamq; dolet sine patre relinquere prolem.
Illa e diuerso mœrens affatur amantem
Et sperare iubet diri solatia morbi,
Osculaq; interdum præbet, nudatq; papillas,
Atq; uoluptates animo gemebunda reducit
Præteritas, hi sunt monitus, hæc uerba salutis,
Cumq; grauem uomit ille animā, stat cæreus ardens
Illius in manibus, quem perdita sustinet uxor,
Ast inimicus atrox operis spectator iniqui
Assidet expectans morientis ut occupet umbram.
Hic finis miseris, quorum est ea uita peracta.

FINIS.

Hieronymus Victor Viennæ Austriæ

Sexto eidus Iulias. M. D. XVII

Regnante MAXIMILIA

NO. P. F. AVG.

imprimebat.

This image shows a blank, aged, cream-colored page, likely an endpaper or flyleaf of a book. The paper has a slightly textured appearance with some minor discoloration and foxing. A large, irregular brown stain is visible in the upper left quadrant, and a smaller, dark brown stain is located near the top center. The page is framed by a dark border.

Gertr
rat